

eo major accedit autoritas, tantoque promptius Imperatoriæ Majestatis reverentiâ, inque casum contemtus eo gravioris pœnæ metu mandata adimpleantur.

(1) De quartâ vid. Cap. 2. § 11. & Cap. 3. §. 15.

(2) Sola hac voce Germanicâ tūm in Dissertationis rubro, tūm in nigro uti maluimus, quam usitatis hinc inde Latinis vocabulis omnem rei conceptū non satis exhaustientibus. Neque enim sat is videbatur concinnum vocabulum PRINCIPUM CIRCENSIVM, à NICOLAO MYLERO ab EHRENBACH in *Tr. de Statib. & Princip. Imper. Part. I. cap. 12. n. 22. p. m. 87.* hoc cum significatu usurpatum. Voce verò Directoris, cñm apposito, vulgo **Erauß-** ausschreibende Fürsten / utut Imperii Legibus ea sit conformis, eā tamen abstinuimus ex ratione, ne ex usu ejusdem incerto porto subnascatur occasio confundendi toto cœlo diversa Directoris atq; den **Erauß-** ausschreibenden Fürstenofficia. Vix enim aliæ causæ, quam promiscuo vocis: Directoris usui videtur adscribendum, quod ex omni Juris publici consultorum numero hactenus ferè ne unicus quidem fuerit repertus, qui diversam utriusque originem, diversa fata atque indolem recte tradidet, quodque & illi, qui præ Brandenburgensi Marchione Episcopo Bambergensi, & præ Episcopo Constantiensi Duci Württembergico, (quorum nomina dedimus in der Herald. und Politisch. Erklärung des Würtemb. Wappens/ Libr. I. Cap 2. §. 10. not. 7. quæ carceres adhucdum mordet,) in Circulis, respectivè Franconico Suevicoque tribuant Directorium, id pro exceptione à regulâ venditare, pactisque forte desuper initis adscribere malint; (cen etiam existimavit Vir profundæ eruditionis, &, quem maximi, uti omnino par est, facimus, Dn. JO. FRIDERICUS PFEFFINGER in literis Luneburgi Ann. 1719. d. II. Maji ad nos datis) quam diversa, quæ omnino hic subsunt, agnoscere Officia. Faustam hinc Lucinam precari fas est egregiis meditationibus, quæ hoc de Thesiāte preinit Vir quidam illustris, tetumque harum scientissimus, Potentissimi nostri Ducis quoad res quoque Circulares Administer dexterrimus. Conf. interim die gründliche Vorstellung / was es mit dem Erauß-Ausschreib-Amt und Directorio in dem Löbl. Schwäbisch. Erauß vor eine Bewandtnus habe/ quæ A. primū 1705. deinde & An. superiori 1719. recusa prodiit in fol. Ibi verò in prim s velimus consulas die Sept. a. Num. 4 p m. 8. ubi potiores Directoris, potiores item die Erauß- ausschreibenden Fürsten actus adumbran-